

cha nostrum immolatus est Christus: Itaque epulémur in Dómino, alleluia. *V.* Mórtnus est propter delicta nostra: & resurrexit propter justificationem nostram. Itaque. Glória Patri. Itaque.

Lectio iij.

ET nunc comméndo vos Deo, & verbo grátie ipsius, qui potens est edificare, & dare hereditatem in sanctificatis ómnibus. Argéntum, & aurum, aut vestem nullius concupivi, sicut ibi scitis: quóniam ad ea, que mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia osténdi vobis, quóniam scæ laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Dómini Jesu, quóniam ipse dixit: Beatus est magis dare, quam accipere. Et cum hæc dixisset, positis genibus suis orávit cum ómnibus illis. Magnus autem fletus factus est ómnium: & procumbentes super collum Pauli, osculabántur eum, dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quóniam amplius faciem ejus non essent visuri. Et deducebant eum ad navem.

Te Deum laudámus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.

Itē, nuntiáte fratribus meis, alleluia, ut eant in Galilæam, alleluia: ibi me videbunt, alleluia, alleluia, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona. Sicut novit me Pater, & ego cognosco Patrem, & animam meam pono pro óvibus meis, alleluia.

FERIA QUINTA.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j.

Respondit autem Paulus, (annuente sibi Præsídē dicere) Ex multis annis te esse judicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam. Potes enim cognoscere, quia non plus sunt mihi dies quam duodecim, ex quo ascendi adorá-

re in Jérusalem: & neque in templum invenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in synagogis, neque in civitate: neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt heresim, sic deservio Patri, & Deo meo, credens ómnibus, que in Lege, & Prophétis scripta sunt: spem habens in Deum, quam & hi ipsi expéctant, resurrectionem futuram justórum, & iniquórum. In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum, & ad hómines semper.

Christus resurgens ex mórtuis jam non móritur, & mors illi ultra non dominabitur: quod enim mórtuus est peccato, mórtuus est semel: Quod autem vivit, vivit Deo, alleluia, alleluia. *V.* Mórtnus est semel propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram. Quod.

Lectio ij.

Post annos autem plures elegi mósynas facturus in gentem meam, veni, & oblationes, & vota. In quibus invenerunt me purificatum in templo: non cum turba, neque cum tumultu. Quidam autem ex Asia Judæi, quos oportebat apud te præsto esse, & accusare si quid haberent adversum me: aut hi ipsi dicant si quid invenerunt in me iniquitatis cum stem in concilio, nisi de una hac solummodo voce, quæ clamávi inter eos stans: Quóniam de resurrectione mortuórum ego júdicor hódie à vobis.

Surrexit pastor bonus, qui animam suam posuit pro óvibus suis, & pro grege suo mori dignatus est. Alleluia, alleluia, alleluia. *V.* Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Alleluia, Glória Patri. Alleluia.

Lectio

Lectio iij.

Istulit autem illos Felix, certissimè sciens de via hac, dicens: Cúm tribúnus Lysias descenderit, audiam vos. Jussitque Centurioni custodire eum, & habere réquiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei. Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla uxóre sua, que erat Judæa, vocavit Paulum, & audivit ab eo fidem, quæ est in Christum Jesum. Disputante autem illo de justitia & castitate, & de judicio futuro, tremefactus Felix respondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te: simul & sperans, quod pecunia ei darétur à Paulo propter quod & frequenter, accersens eum, loquebátur cum eo. Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Pórtium Festum. Volens autem gratiam præstare Judæis Felix, reliquit Paulum vincum.

Te Deum laudámus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.

Tu solus peregrinus es, & non audisti de Jesu, quomódo tradiderunt eum in damnationem mortis? alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet unum ovile, & unus pastor, alleluia.

FERIA SEXTA.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j.

Cap. 25.

Festus ergo cum venisset in provinciam, post triduum ascendit Jérusolymam à Cesarea. Adiecitque eum principes sacerdotum, & primi Judæórum adversus Paulum: & rogabant eum, postulantes gratiam adversus eum, ut jubere perducere eum in Jérusalem, insidias tendentes ut interficerent eum in via. Festus autem respondit ser-

vári Paulum in Cesarea: se autem maturius profecturus. Qui ergo in vobis (ait) potentes sunt, descendentes simul, si quod est in viro crimem, accersent eum.

Virtute magna reddebant Apóstoli, Testimónium resurrectionis Jesu Christi Dómini nostri, alleluia, alleluia. *V.* Repleti quidem Spiritu sancto loquebantur cum fiducia verbum Dei. Testimónium.

Lectio ij.

Emoratus autem inter eos dies non amplius quam octo, aut decem, descendit Cesarea, & altera die sedit pro tribunali, & jussit Paulum adduci. Qui cum perductus esset, circumsteterunt eum, qui ab Jérusolyma descenderant Judæi, multas, & graves causas objicientes, quas non poterant probare, Paulo rationem reddente: Quóniam neque in legem Judæórum, neque in templum, neque in Casarem quidquam peccavi.

De ore prudētis procedit mel, alleluia: dulcedo mellis est sub lingua ejus, alleluia: Favus disjillans labia ejus, alleluia. *V.* Sapientia requiescit in corde ejus, & prudentia in sermone oris illius. Favus. Glória Patri. Favus.

Lectio iij.

Festus autem volens gratiam præstare Judæis, respondens Paulo, dixit: Vis Jérusolymam ascendere, & ibi de his judicari apud me? Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cesaris esto, ibi me oportet judicari: Judæis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori: si verò nihil est eorum, que hic accusant me, nemo potest me illis donare. Casarem appello. Tunc Festus cum concilio locutus, respondit, Casarem appellasti? ad Casarem ibis.

Te Deum laudámus. 13.

Ad

Ad Benedictus, Antiphona.
Nōnne sic oportuit pati Christum,
& ita intrare in gloriā suam? alle-
luia.

Ad Vesperas, nisi occurrat Festum novem Lectionum, à Capitulo fit de S. Maria, cxxix.

S A B B A T O.

De Actibus Apostolorum.

Lectio ij.

Cum autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibi cum custodiēte se milite. Post tertium autem diem convocavit primos Judæorum. Cūque convenissent, dicebat eis: Ego, viri fratres, nihil adversus plebem faciens, aut morem patrernum, victus ab Jerosolymis traditus sum in manus Romanorum, qui cum interrogatiōnem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eò quod nulla esset causa mortis in me. Contradicentibus autem Judæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare. Propter hanc igitur causam rogavi vos videre, & alloqui. Propter spem enim Israël catenā hanc circumdatus sum.

Lectio iij.

At illi dixerunt ad eum: Nos neque litteras accēpimus de te à Judæa, neque adveniēs aliquis fratrum nunciavit, ut locutus est quid de te malum. Rogāmus autem à te audire quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis quia ubique ei contradicitur. Cū constituissem autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi, quibus exponēbat testificans regnum Dei, suadēnsque eis de Jesu ex Lege Moysi, & Prophētis à manē usque ad vesperam. Et quidam credebant his, quæ dicebantur: quidam verò non credebant.

Lectio iij.

Cumque invicem non essent consentientes, discedēbant dicente Paulo unum verbum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophētam ad patres nostros, dicens: Vade ad pópulum istum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligētis: & vidētes vidēbitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor pópuli hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos. Notum ergo sit vobis, quoniam Gētibz missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. Et cū hæc dixisset, exierunt ab eo Judæi, multam habēntes inter se quæstionem. Mansit autem biennio toto in suo conducto: & suscipiēbat omnes, qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Dōmino Jesu Christo cum omni fiduciā, sinē prohibitionē.

Ad Vesperas, Capitulum.

i. Petri 2. c.

Charissimi, Obsecro vos tamquam advenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam.

Hymnus.

Ad régias agni dapes
Stolis amici candidis
Post transitum Maris rubri
Christo canāmus Principi.
Divina cujus charitas
Sacrum propinat sanguinem,
Amique membra corporis
Amor sacerdos immolat.
Sparsum cruorem pōstibus
Vastator horret Angelus:
Fugitque divisum mare,
Merguntur hostes flūctibus.
Jam Pascha nostrum Christus est,
Paschalis idem victima,

Et

DOMINICA III.

Post Pascha.

Ad Matutinum, Invitatorium.
Surrexit Dōminus verè. Alleluia.
Psalmus. Venite, exultēmus. 1.

Hymnus.

Rex sempiternè Coelium,
Rerum Creator omnium,
Æquālis ante secula
Semper Parenti Filius.
Nascēnte qui mundo Faber
Imāginem vultūs tui
Tradens Adāmo, nobilem
Limo jugāsti spiritum.
Cūm livor & fraus dæmonis
Fœdasset humanum gēnitum:
Surrexit, ac Paraclito,
Formam rēformas Artifex.

Qui natus olim è Virgine,
Nunc è sepulchro nascēris,
Tecumque nos à mortuis
Jubes sepultos surgere.

Qui Pastor æternus gregem
Aquā lavas baptismatis:
Hæc est lavacrū mentium,
Hæc est sepulchrum criminum.

Nobis diu qui debite
Redemptor affixus cruci,
Nostræ dedisti prodigum
Prætiū salutis sanguinem.

Ut sis perenne mētibz
Paschale Jesu gaudium,
A morte dira criminum
Vite renatos libera.

Deo Patri sit glória,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sempiterna secula. Amen.

In i. Noct. Afa. Alleluia & Psalmi de
Dominica, ut in Psalt. 2. Qui dicuntur
in quolibet Noct. sub una Afa.
Incipit liber Apocalypsis beati
Joannis Apostoli.

Lectio i.

Apocalypsis Jesu Christi, quam
dedit illi Deus palam face-
re servis suis, quæ oportet fieri
citò: & significavit, mittens per

An-

Et pura puris mētibz
Sinceritatis azyma.
O vera coeli victima,
Subiecta cui sunt tartara,
Solita mortis viticula,
Recēpta vite præmia!

Victor subactis inferis
Trophæa Christus explicat,
Cœloque apërto, subditum
Regem tenebrarum trahit.

Ut sis perenne mētibz
Paschale Jesu gaudium,
A morte dira criminum
Vite renatos libera.

Deo Patri sit glória,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sempiterna secula. Amen.

¶ Mane nobiscum Dōmine, alle-
luia. R. Quoniam advesperascit,
alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Mōdicum, & non vidēbitis me, di-
cit Dōminus: iterum mōdicum, &
vidēbitis me: quia vado ad Patrem,
alleluia, alleluia.

Oratio.

Deus, qui errantibus, ut in viam
possint redire justitiæ, veritatis
tuæ lumen ostēdis: da cunctis
qui Christianā professionē censū-
tur; & illa respicere, quæ huic ini-
mica sunt nōmini, & ea quæ sunt ap-
ta, sectari. Per Dōminum.

Deinde fit Commem. de Cruce,
Antiphona. Crucem sanctam sibiit
qui infernum confrēgit, accinctus est
potentiā, surrexit die tertiā, alleluia.

¶ Dicit in nationibus, alleluia.
¶ Quia Dōminus regnavit à ligno,
alleluia.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Filium tuum
crucis patibulum subire volu-
isti, ut inimici à nobis expelleres po-
testatem: concede nobis famulis tuis;
ut resurrectionis gratiam consequā-
mur. Per eundem Dōminum.

Angelum suum servo suo Joanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Jesu Christi, quaecumque vidit. Beatus, qui legit, & audit verba prophetiae hujus: & servat ea, quae in ea scripta sunt: tempus enim propè est. Joannes septem Ecclesiis, quae sunt in Asia. Gratia vobis, & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est: & a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt: & a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terrae, qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum, & sacerdotes Deo & Patri suo: ipsi gloria, & imperium in saecula saeculorum: Amen.

R. Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus, alleluia, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo. *Y.* In sanguine tuo, alleluia. *Y.* Fecisti enim nos Deo nostro regnum & sacerdotium. In sanguine.

Lectio ij.

Ecce venit cum nubibus, & vidèbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & qui plangent se super eum omnes tribus terrae: Etiam: Amen. Ego sum alpha, & omega, principium, & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est, omnipotens. Ego Joannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno: & patientia in Christo Jesu: fui in insula, quae appellatur Patmos, propter verbum Dei, & testimonium Jesu: Fui in spiritu in Dominica die, & audi vi post me vocem magnam tamquam tubae, dicentis: Quod vides, scribe in libro: & mitte septem Ecclesiis, quae sunt in Asia, Epheso, & Smyrnae, & Pergamo, & Thyatirae, & Sardis, & Philadelphiae, & Laodiciae.

In secundo Nocturno, Antiphona. Alleluia. Psalmus. Conserva, cum reliquis ut in Psalterio. 8.

R. Ego sicut vitis fructificavi suavitatem odoris, alleluia: *Y.* Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplerimini, alleluia, alleluia. *Y.* In me omnis gratia viae & veritatis: in me omnis spes vitae & virtutis. Transite.

Lectio iij.

ET conversus sum ut vidèrem vocem, quae loquebatur mecum: & conversus vidi septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum podere, & praecinctum ad mamillas zonà aureà: caput autem ejus, & capilli erant candidi tamquam lana alba, & tamquam nix, & oculi ejus tamquam flamma ignis, & pedes ejus similes aurichalcho, sicut in camino ardente, & vox illius tamquam vox aquarum multarum: & habebat in dextera sua stellas septem: & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat: & facies ejus sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes ejus, tamquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens: Noli timere: ego sum primus, & novissimus, & vivus, & fui mortuus, & ecce sum vivens in saecula saeculorum, & habeo claves mortis, & inferni. Scribe ergo quae vidisti, & quae sunt, & quae oportet fieri post haec.

R. Audivi vocem de caelo, tamquam vocem tonitruum magni, alleluia: regnabit Deus noster in aeternum, alleluia: *Y.* Quia facta est salus, & virtus, & potestas Christi ejus, alleluia, alleluia. *Y.* Et vox de throno exivit, dicens: Laudate dicite Deo nostro omnes Sancti ejus, & qui timetis Deum pusilli & magni. Quia. Gloria Patri. Quia.

In secundo Nocturno, Antiphona. Alleluia. Psalmus. Conserva, cum reliquis ut in Psalterio. 8.

Ser-

Sermo Sancti Augustini Episcopi. *Sermone 147. de Tempore.*

Lectio iv.

Diebus his sanctis Resurrectioni Domini dedicatis, quantum donante ipso possumus, de carnis resurrectione tractemus. Haec enim est fides nostra: hoc donum in Domini nostri Jesu Christi nobis carne promissum est, & in ipso praecessit exemplum. Voluit enim nobis, quod promissit in fine non solum praenuntiare, sed etiam demonstrare. Illi quidem qui tunc fuerunt, cum illum viderent, & cum expavescerent, & spiritum se videre crederent, soliditatem corporis tenuerunt. Locutus est enim non solum verbis ad aures eorum, sed etiam specie ad oculos eorum: parumque erat se praebere cernendum nisi etiam offerret pertractandum, atque palpandum.

R. Locutus est ad me unus ex septem Angelis, dicens: Veni, ostendam tibi novam nuptam, sponsam Agni. *Y.* Et vidi Jerusalem, descendentem de caelo, ornata monilibus suis, alleluia, alleluia, alleluia. *Y.* Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum. Et vidi.

Lectio v.

At enim: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cor vestrum? Putaverunt enim se spiritum videre. Quid turbati estis, inquit, & cogitationes ascendunt in cor vestrum? Videte manus meas, & pedes meos: palpate & videte, quia spiritus ossa, & carnis non habet, sicut me videtis habere. Contra istam evidèntiam disputabant homines. Quid enim aliud facerent homines, qui ea, quae sunt hominum, sapiunt, quam sic disputare de Deo contra Deum? Ille enim Deus est, isti homines sunt. Sed Deus novit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt.

R. Audivi vocem in caelo Angelorum multorum dicentium: *Y.* Time Domini, & date claritatem illi, & adorare eum qui fecit caelum, & terram, mare, & fontes aquarum, alleluia, alleluia. *Y.* Vidi Angelum Dei fortem, volentem per medium caeli, voce magna clamantem, & dicentem. Time Domini.

Lectio vi.

IN homine carnali tota regula intelligendi est consuetudo cernendi. Quod solent videre, credunt: quod non solent, non credunt. Praeter consuetudinem facit Deus miracula: quia Deus est. Majora quidem miracula sunt, tot quotidie homines nasci qui non erant: quam paucos resurrexisse qui erant: & tamen ista miracula non consideratione comprehensa sunt, sed assiduitate viliterunt. Resurrexit Christus: absoluta est res. Corpus erat, caro erat: pependit in Cruce, emisit animam, posita est caro in sepulchro. Exhibuit illam vivam qui vivebat in illa. Quare miramur? quare non credimus? Deus est, qui fecit.

R. Veniens à Libano, quam pulchra facta est, alleluia: *Y.* Et odor vestimentorum ejus super omnia aromata, alleluia, alleluia. *Y.* Favus distillans labia ejus, mel & lac sub lingua ejus. Et odor. Gloria Patri. Et odor.

In tertio Nocturno, Antiphona. Alleluia. Psalmus. Caeli enarrant, cum reliquis ut in Psalterio. 11. Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii.

Cap. 16. b

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Moticum, & jam non videbitis me: & iterum moticum & videbitis me: quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Ho-

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tractatu 101. in Joannem, sub finem.

Moicum est hoc totum spatium quo praesens pervolat saeculum. Unde dicit idem ipse Evangelista in Epistola sua: Novissima hora est. Ideo namque addidit: Quia vado ad Patrem: quod ad priorem sententiam referendum est, ubi ait: Moicum, & jam non videbitis me: non ad posteriorem, ubi ait: Et iterum moicum, & videbitis me. Eundo quippe ad Patrem, facturus erat ut eum non viderent. Ac per hoc non ideo dictum est, quia fuerat moriturus, & donec resurgeret, ab eorum aspectibus recessurus: sed quod esset iturus ad Patrem, quod fecit posteaquam resurrexit, & cum eis per quadraginta dies conversatus, ascendit in caelum.

R. Decantabat populus Israel, alleluia, & universa multitudo Jacob canebat legitime: Et David cum cantoribus citharam percutiebat in domo Domini, & laudes Deo canebat, alleluia, alleluia. **V.** Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Levitae, & universus Israel deducebat arcam foederis Domini in jubbilo. Et David.

Lectio viii.

Illis ergo ait: Moicum, & jam non videbitis me, qui eum corporaliter runc videbant: quia iturus erat ad Patrem, & eum deinceps mortalem visuri non erant, qualem, cum ista loqueretur, videbant. Quod vero addidit: Et iterum moicum, & videbitis me: universa promissit Ecclesiae, sicut universae promissit: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Non tardat Dominus promissum. Moicum & videbimus eum: ubi jam nihil rogemus, nihil interrogemus, quia nihil desiderandum remanet, nihil querendum latet.

R. Tristitia vestra, alleluia, Convertetur in gaudium, alleluia, alleluia. **V.** Mundus autem gaudet, vos vero contristabimini: sed tristitia vestra. Convertetur. Gloria Patri. Convertetur.

Lectio ix.

Hoc moicum longum nobis videtur, quoniam adhuc agitur: cum finitum fuerit, tunc sentiemus quam moicum fuerit. Non ergo sit gaudium nostrum quale habet mundus, de quo dicitur: Mundus autem gaudet. Nec tamen in hujus desiderii parturitione sine gaudio tristes simus: sed, sicut ait Apostolus: Spe gaudentes! In tribulatione patientes: quia & ipsa parturiens, cui comparati sumus, plus gaudet de mox futura prole, quam tristis est de praesenti dolore. Sed hujus sermonis iste sit finis: habent enim quaestionem molestissimam, quae sequuntur: nec brevitate coarctanda sunt, ut possint commodi, si Dominus voluerit, explicari.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Laudes, Antiphona, Psalmus. Dominus regnavit, cum reliq. **Antis. & Psalmis de Psalterio.** 14.

Capitulum. 1. Petri 2. c

Charissimi, Obsecro vos tamquam advenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis, quae militant adversus animam.

Hymnus.

Aurora caelum purpurat, Aether resultat laudibus, Mundus triumphans jubilat, Horrens avernus infremit. Rex ille dum fortissimus De mortis inferno specu Patrum senatum liberum Educit ad vitae jubar. Cujus sepulchrum plurimo Custode signabat lapis, Victor triumphat, & suo Mortem sepulchro funerat.

Sat

Sat funeri, sat lacrymis, Sat est datum doloribus: Surrexit extinctor necis, Clamat coriscans Angelus.

Ut sis perenne mentibus Paschale Jesu gaudium, A morte diram criminum Vitae renatos libera.

Deo Patri sit gloria,

Et Filio, qui a mortuis

Surrexit, ac Paraclito,

In sempiterna saecula. Amen.

V. In resurrectione tua Christe, alleluia. **R.** Coeli & terra letentur, alleluia.

Ad Benedictus, Antiphona. Moicum, & non videbitis me, dicit Dominus iterum moicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem, alleluia, alleluia.

Oratio.

Deus, qui errantibus, ut in viam possint redire justitia, veritatis tuae lumen ostendis: da cunctis qui Christianam professionem censentur; & illa respicere quae huic inimica sunt nominis, & ea quae sunt apta sectari. Per Dominum.

Deinde de Cruce, Antiphona.

Crucifixus surrexit a mortuis, & redemit nos, alleluia, alleluia. **V.** Dicite in nationibus, alleluia. **R.** Quia Dominus regnavit a ligno, alleluia.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expellerentur: concede nobis famulatus; ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Ad Tertiam, Capitulum. Charissimi, Obsecro vos, ut sup. 496.

R. breve. Surrexit Dominus de sepulchro, * Alleluia, alleluia. Surrexit. **V.** Qui pro nobis pependit in ligno. Alleluia, alleluia. Gloria *Pars Hymnalis.*

Patri. Surrexit. **V.** Surrexit Dominus vere, alleluia. **R.** Et apparuit Simoni, alleluia.

Ad Sextam, Capitulum.

1. Petri 2. c

Subjecti igitur estote omni humanae creaturae propter Deum: sive regi, quasi praecellenti: sive ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.

R. breve. Surrexit Dominus vere, * Alleluia, alleluia. Surrexit. **V.** Et apparuit Simoni. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Surrexit. **V.** Gavisus sunt discipuli, alleluia. **R.** Viso Domino, alleluia.

Ad Nonam, Capitulum.

1. Petri 2. c

Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Haec est enim gratia in Christo Jesu Domino nostro.

R. br. Gavisus sunt discipuli, * Alleluia, alleluia. Gavisus. **V.** Viso Domino. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Gavisus. **V.** Mane nobiscum Domine, alleluia. **R.** Quoniam advesperavit, alleluia.

Ad Vesperas, Antiphona. Alleluia. **Psalm.** Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 100. **Capitulum.** Charissimi, Obsecro vos.

Hymnus. Ad regias Agni. 402. **V.** Mane nobiscum Domine, alleluia. **R.** Quoniam advesperavit, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona. Amen dico vobis: mundus autem gaudet: vos vero contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium alleluia. **Oratio.** Deus, qui errantibus, ut supra.

Deinde de Cruce, Antiphona. Crucem sanctam subit, qui infernum confregit, acclintus est potentia, surrexit die tertia, alleluia.

li

V.

Y. Dicite in nationibus, alleluia.
R. Quia Dominus regnavit à ligno, alleluia. Oratio. Deus, qui pro nobis, ut supra 497.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitatorium. Alleluia, alleluia, alleluia. Psalmus. Venite, exultemus. 1. Hymnus. Rex sempiternus, ut supra 493. Antiphona & Psalmi de Psalterio. 39.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 2.

Angelo Ephesi Ecclesie scribe: Hec dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum: Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos: & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt: & invenisti eos mendaces: & patientiam habes, & sustinisti propter nomen meum, & non defecisti. Sed habeo adversum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque unde excederis: & age penitentiam, & prima opera fac. Sin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, que & ego odi. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesis: Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in paradiso Dei mei.

R. Vidi portam civitatis ad Orientem positam, & Apostolorum nomina & Agni super eam scripta: * Et super multos ejus Angelorum custodiam, alleluia. Y. Vidi celum novum, & terram novam, & civitatem novam descendentem de celo. Et.

Lectio ij.

ET Angelo Smyrne Ecclesie scribe: Hec dicit primus, & novissimus, qui fuit mortuus, &

vixit: Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed dives es: & blasphemaris ab his, qui se dicunt Judaeos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanae. Nihil horum timeas quae passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem ut tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vite. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesis: Qui vicerit, non ledetur a morte secunda.

R. Ostendit mihi Angelus fontem aquae vive, & dixit ad me, alleluia: * Hic Deum adora, alleluia, alleluia, alleluia. Y. Postquam audissem & vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi haec ostendebat, & dixit mihi. Hic Deum. Gloria Patri. Hic Deum.

Lectio iij.

ET Angelo Pergami Ecclesie scribe: Hec dicit qui habet rhomphaeam utraque parte acutam: Scio ubi habitas, ubi sedes est satanae: & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi satanas habitat. Sed habeo adversum te paucis: quia habet illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter penitentiam age: si quo minus, veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesis: Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illa calculum candidum: & in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.

Te Deum laudamus. 13.

Ad

Ad Laudes, Antiphona. Alleluia. Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis Antiphonis & Psalmis de Psalterio, ut in Dominica. 14. Capitulum. Rom. 6. b

Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

Hymnus. Aurora coelum purpurat. Y. In resurrectione tua. 496.

Ad Benedicimus, Antiphona. Et incipiens a Moysae & omnibus Prophetis, interpretabatur illis Scripturas, quae de ipso erant, alleluia.

Oratio Dominicae praecedentis. Deus, qui errantibus. 497.

Ad Vesperas, Antiphona. Alleluia. Psalmus. Dilixi, cum reliquis de Psalterio, 103. sub una Antiphona. Alleluia. Capitulum. Rom. 6. b

Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

Hymnus. Ad regias Agni dapes. Y. Manet nobiscum, ut supra. 492.

Ad Magnificat, Antiphona. Tristitia vestra vertetur in gaudium, alleluia: & gaudium vestrum nemo tollet a vobis, alleluia, alleluia.

FERIA TERTIA.
De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 4.

Post haec vidi: & ecce ostium apertum in caelo, & vox prima, quam audivi tanquam tubae loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quae oportet fieri post haec. Et statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in caelo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis aspidis, & sardinis: & iris erat in circuitu sedis similis visioni smarag-

dinae. Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: & super thronos viginti quatuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum corona aurea. Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei.

R. Vidi Jerusalem descendentem de caelo, ornata auro mundo, & lapidibus pretiosis intextam, alleluia, alleluia. Y. Eterat structura muri ejus ex lapide jaspide, ipsa vero auro mundum, & simile vitro mundo. Alleluia, alleluia.

Lectio ij.

ET in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilae volanti. Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas: & in circuitu, & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est.

R. In diademate capitis Aaron magnificentia Domini sculpta erat, alleluia, alleluia, alleluia. Y. In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum sculpta erant. Dum. Gloria Patri. Dum.

Lectio iij.

ET cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, viventi in saecula saeculorum, procedebant viginti quatuor seniores

li S

an-

ante sedentem in throno, & adorabant viventem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.
Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.
Tristitia implevit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis, alleluia, alleluia.

FERIA QUARTA.
De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. *Cap. 5.*

ET vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scripturum intus & foris, signatum sigillis septem. Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula ejus? Et nemo poterat neque in celo, neque in terra, neque sub terra aperire librum, neque respicere illum. Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inventus est aperire librum, nec videre eum. Et unus de senioribus dixit mihi: Ne flevieris: ecce vici leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, & solvere septem signacula ejus. Et vidi: & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Et venit: & accepit de dextera sedentis in throno librum.

B. Platteæ tuæ Jerusalem sternentur adro mundo, alleluia, & cantabitur in te canticum lætitiæ, alleluia, **E**t

per omnes vicos tuos ab universis dicetur, alleluia, alleluia. **V.** Luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te. Et per omnes.

Lectio ij.

ET cum aperisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phylas aureas plenas odorem totum, quæ sunt orationes sanctorum: & cantabant canticum novum, dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabimus super terram.

B. Decantabat populus Israël alleluia, & universa multitudo Jacob canebat legitime, **E**t David cum cantoribus citharam percutiebat in domo Domini, & laudes Deo canebat, alleluia, alleluia. **V.** Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Levitæ: & universus Israël deducebat arcam federis Domini in iubilis. Et David, Gloria Patri. Et David.

Lectio iij.

ET vidi, & audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus es Agnus, qui oculus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in celo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eis: omnes audivi dicentes: Sedenti in throno, & Agno: benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et viginti quatuor

quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adoraverunt viventem in sæcula sæculorum.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.

Mane nobiscum, quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tristitia vestra, alleluia, vertetur in gaudium, alleluia.

FERIA QUINTA.
De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. *Cap. 15.*

ET vidi aliud signum in celo magnum, & mirabile, Angelos septem, habentes plagas septem novissimas: Quoniam in illis consummata est ira Dei. Et vidi tanquam mare vitreum mistum igne, & eos, qui vicérunt bestiam, & imaginem ejus, & numerum nominis ejus, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei: & cantantes canticum Moysi servi Dei, & canticum Agni, dicentes: Magna, & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: justæ & veræ sunt viæ tuæ, Rex sæculorum. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam omnia judicia tua manifesta sunt.

B. Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus, alleluia: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo, **I**nsanguine tuo, alleluia. **V.** Fecisti enim nos Deo nostro regnum & sacerdotium. In sanguine.

Lectio ij.

ET post hæc vidi, & ecce aperit templum tabernaculi testimonii in celo: & exierunt septem Angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo, & candido, & præcincti circa pectora

zonis aureis. Et unum de quatuor animalibus dedit septem Angelis septem phylas aureas, plenas iracundiæ Dei viventis in sæcula sæculorum. Et implerunt est templum fumo à majestate Dei, & de virtute ejus: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum. **B.** Ego sicut vitis fructificavi suavitatem odoris, alleluia: Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini, alleluia, alleluia. **V.** In me omnis spes vitæ & veritatis: in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite, Gloria Patri. Transite.

Lectio iij. *Cap. 16.*

ET audivi vocem magnam de templo, dicentem septem Angelis: Ite, & effundite septem phylas iræ Dei in terram. Et abiit primus, & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sævum, & pessimum in homines, qui habebant characterem bestiarum: & in eos, qui adoraverunt imaginem ejus. Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima vivens mortua est in mari. Et tertius effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis. Et audivi Angelum aquarum dicentem: Justus es Domine qui es, & qui eras sanctus, qui hæc judicasti: quia sanguinem Sacerdotum, & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere: digni enim sunt.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.

Et intravit cum illis: & factum est, dum recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis, alleluia, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Amen, amen dico vobis: Iterum

videbo vos, & gaudēbit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis, alleluia.

FERIA SEXTA

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio i.

Post hæc audivi quasi vocem turbarum multarum in caelo dicentium: Alleluia: Salus, & gloria, & virtus Deo nostro est: quia vera, & justa judicia sunt ejus, qui judicavit de meretrice magna, quæ corrūpit terram in prostitutiōne sua, & vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus ejus. Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus ejus ascendit in sæcula sæculorum. Et ceciderunt seniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adoraverunt Deum sedentem super thronum, dicentes: Amen: Alleluia. Et vox de throno exivit, dicens. Laudem dicite Deo nostro omnes servi ejus, & qui timētis eum pusilli, & magni.

R. Locutus est ad me unus ex septem Angelis, dicens: Veni ostendam tibi novam nuptiam, sponsam Agni. * Et vidi Jerusalem descendentem de caelo, ornata monilibus suis, alleluia, alleluia, alleluia. **Y.** Et sustulit me in spiritu in montem magnum & alium. Et vidi.

Lectio ij.

Et audivi quasi vocem turbae magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium: Alleluia: quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens. Gaudemus, & exultamus: & demus gloriam es: quia venerunt nuptiae Agni, & uxor ejus preparavit se. Et datum est illi ut cooperiat se byssino splendēti, & candido. Byssinum enim justificationes sunt Sancti. Et dixit mihi: Scribe:

Et dixit mihi: Scribe:

Beati, qui ad cenam nuptiarum Agni vocati sunt. Et dixit mihi: Hæc verba Dei vera sunt. Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris: consērvus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimoniū Jesu. Deum adora. Testimoniū enim Jesu. Deum adora. Testimoniū enim Jesu. Deum adora. Testimoniū enim Jesu. Deum adora.

R. Audivi vocem in caelo Angelorum multorum dicentium: * Timete Dominum, & date claritatem illi, & adorare eum qui fecit cælum, & terram, mare, & fontes aquarum, alleluia, alleluia. **Y.** Vidi Angelum Dei fortem, volantem per medium cœli, voce magna clamantem, & dicentem. Timete. Gloriam Patri. Timete.

Lectio iij.

Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & Verax, & cum justitia judicat, & pugnatur. Oculi autem ejus sicut flamma ignis, & in capite ejus diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo novit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocabatur nomen ejus: Verbum Dei. Et exercitus qui sunt in caelo, sequēbantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, & mundo. Et de ore ejus procedit gladius ex utraque parte acutus: ut in ipso percutiat Gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea, & ipse calcet tōrculari vini furoris iræ Dei omnipotentis. Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum: Rex regum, & Dominus dominatium.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.

Cognoverunt Dominum Jesum, alleluia, in fractione panis, alleluia.

Ad Vesperas, nisi occurrat Festum novem Lectionum, à Capitulo fit de S. Maria. cxxix.

SABBATO.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j.

Cap. 22.

Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni. In medio platæe ejus, & ex utraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium. Et omne maledictum non erit amplius: sed sedes Dei, & Agni in illa erunt, & servi ejus servient illi. Et videbunt faciem ejus: & nomen ejus in frontibus eorum. Et nox ultra non erit: & non egēbunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in sæcula sæculorum. Et dixit mihi: Hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit Angelum suum ostendere servis suis quæ oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus, qui custodit verba prophetæ libri hujus.

Lectio ij.

Et ego Joannes, qui audivi, & vidi hæc. Et postquam audissem, & vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat: & dixit mihi: Vide ne feceris: consērvus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum, qui servant verba prophetæ libri hujus: Deum adora. Et dicit mihi: Ne signaveris verba prophetæ libri hujus: quia prophe est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui justus est, justificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.

Lectio iij.

Ego sum alpha, & omēga, primus, & novissimus, principium, & finis. Beati, qui lavant stolas suas in sanguine Agni: ut sit portestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in civitatem. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis servientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium. Ego Jesus misi Angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix, & genus David, stella splendida, & matutina. Et spiritus, & sponsa dicunt: Veni. Et qui audit, dicat: Veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetæ libri hujus: Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetæ hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ, & de civitate sancta, & de his, quæ scripta sunt in libro isto: dicit qui testimoniū perhibet istorum. Etiam venio cito: Amen. Veni Domine Jesu. Gratiā Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Ad Vesperas, Capitulum.

Jacobi i. c.

Charissimi, Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre lumine, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis umbratio.

Hymnus.

Ad regias Agni dapes
Stolis amicti candidis
Post transitum Maris rubri
Christo canamus Principi:
Divina cujus charitas
Sacrum propinat sanguinem,
Almique membra cor poris
Amor sacerdos immolat.

Sparsum exuorem pœstibus
Vastator horret Angelus:
Fugitque divisum mare,
Mergantur hostes fluctibus.
Jam Pascha nostrum Christus est,
Paschalis idem victima,
Et pura puris mentibus
Sinceritatis azyma.

O vera cœli victima,
Subiecta cui sunt tartara,
Soluta mortis vincula,
Recēpta vitæ præmia!

Victor subactis inferis
Trophæa Christus explicat,
Cœloque apërto, subditum
Regem tenebrarum trahit.

Ut sis perenne mentibus
Paschale Jesu gaudium,
A morte dirâ criminum
Vitæ renatos libera.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclyto,
In sempiterna sæcula. Amen.

¶ Mane nobiscum Dômine, alle-
luia. *R.* Quoniam advesperâcit,
alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Vado ad eum qui misit me: & nemo
est vobis interrogat me, Quid vadis?
alleluia, alleluia. *Oratio.*

Deus, qui fideliûm mentes unius
efficit voluntatis: da populus
tuis id amare quod præcipis, id de-
siderare quod promittis; ut inter
mundanas varietates ibi nostra fida
sint corda, ubi vera sunt gaudia.
Per Dôminum.

Deinde fit *Commem. de Cruce,*
Antiphona. Crucem sanctam subit,
qui infernum confrēgit, accinctus
est potentia, surrexit die tertia,
alleluia. *V.* Dicite in nationibus
alleluia. *R.* Quia Dôminus regnâ-
vit à ligno, alleluia. *Oratio.*

Deus, qui pro nobis Filium tuum
Crucis patibulum subire vo-
luisti, ut inimici à nobis expellerē-

potestatem: concede nobis famulus
tuis; ut resurrectionis gratiam con-
sequamur. Per eundem Dôminum
nostrum Jesum Christum.

DOMINICA IV.

Post Pascha.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Surrexit Dôminus verè, * Alleluia.

Psalmus. Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Rex sempiternè cœlitum,
Rerum Creator omnium,
Æqualis ante sæcula
Semper Parenti Filius.

Nascēte qui mundo Faber
Imaginem vultus tui
Tradens Adâmo, nobilem
Limo jugasti spiritum.

Cum livor & fraus dæmonis
Fœdasset humanum genus:
Tu carne amictus, perditam
Formam reformas Artifex,

Qui natus olim è Virgine,
Nunc è sepulchro nasceris,
Tecumque nos à mortuis
Jubes sepultos surgere.

Qui Pastor æternus gregem
Aquâ lavas baptismatis:
Hæc est lavacrum mentium,
Hæc est sepulchrum criminum.

Nobis diu qui debite
Redemptor affixus cruci,
Nostræ dedisti prodigum
Præcium salutis sanguinem.

Ut sis perenne mentibus
Paschale Jesu gaudium,
A morte dirâ criminum
Vitæ renatos libera.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclyto,
In sempiterna sæcula. Amen.

Inaj. Noct. Aña. Alleluia, & Psalmi de
Dominica, utin Psalt. 2. Qui dicun-
tur in quolibet Noct. sub una Aña.

Si Lectiones primi Nocturni lec-
tæ sunt pridie, quando scilicet in
Sabbato præcedenti occurrit Festum

Sanc-

Leçtio iij.

Sanctorum Apostolorum Philippi &
Jacobi, in Dominica leguntur Lec-
tiones 1. & 2. sequentis.

Incipit Epistola Catholica beati
Jacobi Apostoli.

Leçtio j. *Cap. 1.*

Jacobus Dei, & Dômini nostri Je-
su Christi servus, duodecim tribu-
bus, quæ sunt in dispersione, sa-
lûtem. Omne gaudium existimate
fratres mei, cum in tentationes vá-
rias incideritis: scientes quod proba-
tio fidei vestræ patientiam operatur.
Patientia autem opus perfectum ha-
bet: ut sitis perfecti & integri in
nullo deficientes. Si quis autem ves-
trum indiget sapientiâ, postulet à
Deo, qui dat omnibus affluentèr, &
non improperat: & dabitur ei. Pós-
tulet autem in fide nihil hæsitans.

¶ Si oblitus fuero tui, alleluia, obli-
viscatur mei dextera mea: * Ad-
hareat lingua mea faucibus meis, si
non meminero tui, alleluia, alleluia.
¶ Super flumina Babylónis illic sé-
dimus & flevimus, dum recordarē-
mur tui Sion. Adhareat.

Leçtio ij.

Qui enim hæsitat, similis est fluc-
tui maris, qui à vento movetur
& circumfertur: non ergo asti-
met homo ille quod accipiat à li-
quido. Vir duplex animo incons-
tans est in omnibus viis suis. Glori-
etur autem frater humilis in exaltati-
one sua: dives autem in humilitate sua,
quoniam sicut flos fœni transibit:
exortus est enim sol cum ardore, &
arefcit fœnum, & flos ejus decedit,
& decor vultus ejus depêrit: ita &
dives in itineribus suis marcescet.

¶ Vidérunt te aquæ, Deus, vidérunt
te aquæ, & timuerunt: * Multitudo
sonitus aquarum, vocem dedérunt
nubes, alleluia, alleluia, alleluia.
¶ Illuxérunt coruscationes tuæ orbi
terre: vidit, & commota est terra.
Multitudo.

Beatus vir, qui suffert tentati-
ones feræ secundæ sequentis.
Eatus vir, qui suffert tentati-
ones feræ secundæ sequentis.
nem: quoniam cum probatus
fuerit, accipiet coronam vitæ, quam
repromisit Deus diligētibus se.
Nemo cum tentatur, dicat quoniam
à Deo tentatur: Deus enim inten-
tator malorum est: ipse autem né-
minem tentat. Unusquisque verò
tentatur à concupiscentia sua ab-
stractus, & illicepsus. Deinde con-
cupiscentia cum conceperit, parit
peccatum: peccatum verò cum
consummatum fuerit, generat mor-
tem. Nolite itaque errore fratres
mei dilcissimi.

¶ Narrabo nomen tuum fratribus
meis, alleluia: * In medio Ecclesiæ
laudabo te, alleluia, alleluia. *V.* Con-
fitebor tibi in populis Dômine, &
psalmum dicam tibi in Gētibus. In
medio. Gloria Patri. In medio.

In secundo Nocturno, Antiphona.
Alleluia. Psalmus. Conserva, cum
reliquis ut in Psalterio.

Ex Tractatu Sancti Cypriani Epis-
copi & Martyris, de Bono
patientia.

Leçtio iv. *Serm. 3. in inir.*

De patientia locuturus, fratres
dilectissimi, & utilitates ejus
& cômmoda prædicaturus, undè
potius incipiam, quam quod nunc
quoque ad audientiam, vestram pa-
tientiam video esse necessariam; ut
nec hoc ipsum, quod auditis & dis-
citis, sine patientia facere possitis?
Tunc enim demum sermo & ratio
salutaris efficaciter discitur, si pati-
entèr, quod dicitur, adiatur. Nec invē-
nio, fratres dilectissimi, inter cæteras
cœlestis disciplina: vias, quibus ad
consequenda divinitus præmia spei
ac fidei nostræ secta dirigitur, quid
magis sit vel utilius ad vitam, vel
majus ad glóriam; quam ut qui præ-
ceptis Dôminicis obsequio timorís
ac devotiônis innititur, patientiam
ma-

mánimè totà observatióne tueámur. Hanc se sectári Philósophi quoque profiténtur: sed tam illíc patiéntia falsa est, quam & falsa sapiéntia est. Unde enim vel sapiens esse, vel patiens possit, qui nec sapiéntiam, nec patiéntiam Dei novit.

R. In Ecclésiis benedicite Deo, alleluia. **V.** Dómino de fontibus Israël, alleluia, alleluia. **V.** Psalmum dicite nómini ejus, date glóriam laudi ejus. Dómino.

Lectio v.

Cap. 2. 3. & 8.

Nos autem, fratres dilectissimi, qui Philósophi non verbis, sed factis sumus, nec vestitu sapiéntiam, sed veritate præferimus: qui virtutum consciéntiam magis, quam jactántiam nóvimus: qui non loquimur magna, sed vivimus quasi servi & cultores Dei: patiéntiam, quam magistréris coeléstibus discimus, obsequiis spiritalibus præbæmus. Est enim nobis cum Deo virtus ista commúis: inde patiéntia incipit, inde claritas ejus & dignitas caput sumit. Origo & magnitúdo patiéntiæ Deo auctóre procedit. Diligénda res hómini, quæ Deo chara est. Bonum quod amat, majestas divina commendat. Si Dóminus nobis & Pater Deus est, sectémur patiéntiam Dómini pariter & Patris: quia & servos oportet esse obsequentes, & filios non decet esse degeneres.

R. In toto corde meo, alleluia, exquisivi te, alleluia. **V.** Ne repellas me à mandátis tuis, alleluia, alleluia. **V.** Benedictus es tu Dómine, doce me justificatióne tuas. Ne.

Lectio vi.

Patiéntia est, quæ nos Deo & commendat & servat: ipsa est, quæ iram temperat, quæ linguam frenat, quæ mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit, incéndium si-

multatis extinguit, coércet poténtiam divitum, inópliam páuperum refóvet, tuetur in virgímbus beatam integritátem, in viduis laboriósam castitátem, in conjúctis & maritátis individuam charitátem: facit humiles in próspéris, in adversis fortes, contra injurias & contumélias mites: docet delinquentibus citò ignoscere: si ipse delinques, diu & multum rogáre: tentatiónes expúgnat, persecutiónes tólerat, passiónes & martyria consummat. Ipsa est, quæ fidei nostræ fundaménta firmiter munit.

R. Hymnum cantáte nobis, alleluia: **V.** Quomodo cantabimus cánticum Dómini in terra aliéna? alleluia, alleluia. **V.** Illic interrogáverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantiónum. Quomodo. Glória Patri. Quomodo.

In tertio Nocturno, Antiphona. Alleluia. Psalmus. Cœli enarrant, cum reliquis ut in Psalterio. 11.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii.

Cap. 16.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vado ad eum, qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Et reliqua. Homilia Sancti Augustini Episcopi. Trabat. 94. in Joannem.

Cum Dóminus Jesus prædixisset discipulis suis persecutiónes, quas passuri erant post ejus abscessum, subjungit, atque ait: Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: nunc autem vado ad eum, qui me misit. Ubi primum vidéndum est, utrúm eis futurum non prædixerit antè passiónes. Sed alii tres Evangelistæ satis eum prædixisse ista demónstrant, antequam ventum esset ad cœnam: quæ peractá, secundum Joannem ista locu-

cúus est, ubi ait: Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram.

R. Deus cánticum novum cantábo tibi, alleluia: **V.** In psalterio decem chordarum psallam tibi, alleluia, alleluia. **V.** Deus meus es tu, & confitébor tibi: Deus meus es tu, & exaltábo te. In psalterio.

Lectio viii.

An forte hinc ista solvitur questio, quia & illi eum narrant passióne proximum fuisse cum hæc diceret? Non ergo ab initio, quando cum illis erat: quia jam discessurus, jamque ad Patrem perrecturus hæc dixit. Et ideo etiam secundum illos Evangelistas verum est, quod hic dictum est: Hæc autem vobis ab initio non dixi. Sed quid agimus de fide Evangelii secundum Matthæum, qui hæc eis à Dómino non solum cum jam Pascha esset cum discipulis cœnáturus, imminente passióne, verum & ab initio denunciata esse commemorat; ubi primum nominatim duodecim exprimitur Apóstoli, & ad opera divina mittuntur?

R. Bonum est confiteri Dómino, alleluia: **V.** Et psallere, alleluia. **V.** In decachordo psalterio, cum cantico & cithara. Et psallere. Glória Patri. Et psallere.

Lectio ix.

Quid sibi ergo vult, quod hic ait: Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: nisi quia ea, quæ hic dicit de Spiritu sancto, quod sit venturus ad eos, & testimonium perhibiturus, quando mala illa passuri sunt, hæc ab initio eis non dixit, quia cum ipsis erat? Consolator ergo ille, vel advocatus (utrúmque enim interpretatur, quod est Græcè Paráclitus) Christo abscedente fuerat necessarius: de illo non dixerat

ab initio, quando cum illis erat, qui ejus præsentia consolabatur.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Laudes, Antiphona. Alleluia. Psal. Dóminus regnavit, cum reliquis Añis & Psalmis de Psalterio. 14.

Capitulum. Jacobi 1. c.

Charissimi, Omne datum optimum, & omne donum perfectum desirum est, descendens à Patre Ióminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudo in obumbratio. Hymnus.

Aurora cœlum purpurat, Æther resultat laudibus, Mundus triumphans jubilat, Horrens avernus infremit.

Rex ille dum fortissimus

De mortis inferno specu

Patrum senatum liberum

Edúcit ad vitæ jubar.

Cujus sepulchrum plurimo

Custodè signabat lapis,

Victor triumphat, & suo

Mortem sepulchro funerat.

Sat funeri, sat lacrymis,

Sat est datum doloribus:

Surréxit extinctor necis,

Clamat coriscans Angelus.

Ut sis perenne mentibus

Paschale Jesu gaudium,

A morte dirá crimum

Vitæ renatos libera.

Deo Patri sit glória,

Et Filio, qui à mórtuis

Surréxit, ac Paráclito,

In sempiterna secula. Amen.

V. In resurrectione tua Christe,

alleluia. **R.** Cœli & terra lætentur,

alleluia.

Ad Benedictus, Antiphona.

Vado ad eum qui misit me: & nemo

ex vobis interrogat me, Quo vadis?

alleluia, alleluia.

Oratio.

Deus, qui fidélium mentes

unius efficit voluntatis: da

populis tuis id amare quod præ-

ci-

cipis, id desiderare quod promittis; ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia. Per Dominum.

Deinde de Cruce, Antiphona. Crucifixus surrexit à mortuis, & redemit nos, alleluia, alleluia. V. Dicite in nationibus, alleluia. R. Quia Dominus regnavit à ligno, alleluia. Oratio.

DEus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici à nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis; ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem Dominum nostrum.

Ad Tertiam, Capitulum Charissimi, Omne datum, ut supra. 507. R. breve. Surrexit Dominus de sepulchro, * Alleluia, alleluia. Surrexit. V. Qui pro nobis pendit in ligno. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Surrexit. V. Surrexit Dominus verè, alleluia. R. Et apparuit Simoni, alleluia.

Ad Sextam, Capitulum.

Jacobi. 1. c.

SCitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri justitiam Dei non operatur.

R. breve. Surrexit Dominus verè, * Alleluia, alleluia. Surrexit. V. Et apparuit Simoni. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Surrexit. V. Gavisus sunt discipuli, alleluia. R. Viso Domino, alleluia.

Ad Nonam, Capitulum.

Jacobi. 1. d.

Propter quod abiciens omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.

R. br. Gavisus sunt discipuli, * Alleluia, alleluia. Gavisus. V. Viso Do-

mino. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Gavisus. V. Mane nobiscum Domine, alleluia. R. Quoniam advesperascit, alleluia.

Ad Vesperas, Antiphona. Alleluia. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica 100. Capitulum Charissimi, Omne datum. Hymnus. Ad regias Agni, 503. V. Mane nobiscum Domine, alleluia. R. Quoniam advesperascit, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Vado ad eum qui misit me: sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum, alleluia.

Oratio. Deus, qui fidelium, ut supra. 507.

Deinde de Cruce, Antiphona.

Crucem sanctam subit, qui infernum confrégit, accinctus est potentia, surrexit die tertia, alleluia.

V. Dicite in nationibus, alleluia. R. Quia Dominus regnavit à ligno, alleluia. Oratio. Deus, qui pro nobis, ut supra.

FERIA SEGUNDA.

Ad Matutinum, Invitorium. Alleluia, alleluia, * Alleluia. Psalmus. Venite. 1. Hymnus. Rex semper piterne, 504. Antiphona & Psalmi de Psalterio. 39.

De Epistola beati Jacobi Apostoli.

Lectio 1.

Cap. 1. c.

OMne datum optimum, & omne donum perfectum desorsum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquid creaturæ ejus. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri justitiam Dei non operatur.

R. Dicant nunc, qui redempti sunt, alleluia, * A Domino, alleluia, alleluia.

lúa. V. Quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregavit eos. A Domino.

Lectio 11.

Propter quod abiciens omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras. Estote autem factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo: consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.

R. Cantate Domino, alleluia, * Psalmum dicite ei, alleluia. V. Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus. Psalmum. Gloria Patri. Psalmum.

Lectio 111.

Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosus esse, non refrærens linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio. Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est: Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Laudes, Antiphona. Alleluia. Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis Antiphonis & Psalmis de Psalterio, ut in Dominica. 14.

Capitulum. Rom. 6. b.

Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo. Hymnus. Aurora cœlum purpurat. V. In resurrectione tua. 507.

Ad Benedictus, Antiphona. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Jesu, dum loqueretur nobis in via? alleluia.

Oratio. Deus, qui fidelium. 507. Ad Vesperas, Antiphona. Alleluia. Psalmus. Diléxi, cum reliquis de Psalterio, 103. sub una Antiphona. Alleluia.

Capitulum. Rom. 6. b. Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo. Hymnus. Ad regias Agni depes. V. Mane nobiscum. ut supra. 503.

Ad Magnificat, Antiphona. Ego veritatem dico vobis: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, alleluia.

FERIA TERTIA.

De Epistola beati Jacobi Apostoli.

Lectio 1.

Cap. 2.

Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi glorie. Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei: Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: Tu ista illic; aut sedes sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? R. In Ecclesiis benedicite Deo, alleluia, * Domino de fontibus Israel, alleluia, alleluia. y. Psalmum dicite nomini ejus, date gloriam laudi ejus. Domino.

Lectio 11.

Audite fratres mei dilectissimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & hæredes regni, quod reprobis Deus

diligentibus se? Vos autem ex honoratis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod invocatum est super vos? Si tamen legem perfectam regalem secundum Scripturas: Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis: si autem personam accipitis, peccatum operamini, redarguita lege quasi transgressores.

R. In toto corde meo, alleluia, exquisivi te, alleluia. * Ne repellas me a mandatis tuis, alleluia, alleluia. **V.** Benedictus es tu Domine, doce me justificationes tuas. Ne repellas. Gloria Patri. Ne repellas.

Lectio iij.

Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit, Non moxaberis, dixit & Non occides. Quod si non moxaberis, occides autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini, & sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia iudicium.

Te Deum laudamus. 12.

Ad Benedictus, Antiphona.

Pax vobis: ego sum, alleluia, nolite timere, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona:

Cum venerit Paraclitus Spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, alleluia.

FERIA QUARTA.

De Epistola beati Jacobi Apostoli.

Lectio j. *Cap. 2. c.*

Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum? Si autem frater, & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, ca-

lescentini, & saturamini: non dederitis autem eis, quae necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

R. Deus canticum novum cantabo tibi, alleluia: * In psalterio decem chordarum psallam tibi, alleluia, alleluia. **V.** Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. In psalterio.

Lectio ij.

Sed dicet quis: Tu fidem habes, & ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendem tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quoniam unus est Deus: bene facis: & daemones credunt, & contremiscunt. Vis autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est?

R. Bonum est confiteri Domino, alleluia: * Et psallere, alleluia.

V. In decachordo psalterio, cum cantico & cithara. Et psallere. Gloria Patri. Et psallere.

Lectio iij.

Et suppleta est Scriptura, dicens: Recedit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum? Similiter & Rahab meretrix, nonne ex operibus iustificata est suscipiens nuncios, & alia via efficiens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.

Spiritus carnes & ossa non habet, sicut me videtis habere: jam credite, alleluia.

Ad

Ad Magnificat, Antiphona.

Annunc multo habeo vobis dicere, sed non potestis portare modum: cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, alleluia.

FERIA QUINTA.

De Epistola beati Jacobi Apostoli.

Lectio j. *Cap. 3.*

Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam majus iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit: hic perfectus est vir: potest etiam freno circumducere totum corpus. Si autem equis freno in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus.

R. Si oblitus fuero tui, alleluia, obliviscatur mei dextera mea: * Adhaereat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, alleluia, alleluia. **V.** Super flumina Babylonis illic sedimus & flevimus, dum recordamur tui Sion. Adhaereat.

Lectio ij.

Ecce & naves, cum magnae sint, & a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantum ignis quam magnam silvam incendat. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis.

R. Viderunt te aquae, Deus, viderunt te aquae, & timerunt: * Multitudo sonitus aquarum, vocem decelerunt nubes, alleluia, alleluia, alleluia.

V. Illuxerunt conrotationes tuae orbi terrae: vidit, & commota est terra. Multitudo. Gloria Patri. Multitudo.

Lectio iij.

Lingua constituitur in membris nostris, quae maculat rotum corpus, & inflammata rotam nativitatis nostrae inflammata a gehenna.

Omnis enim natura bestiarum, & volucrum, & serpentium, & ceterorum domantur, & domita sunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest: in quietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum & Patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.

Obtulerunt discipuli Domino partem piscis assi, & favum mellis, alleluia, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Non enim loquuntur a semetipso: sed quaecumque audit, loquuntur: & quae ventura sunt, annuntiant vobis, alleluia.

FERIA SEXTA.

De Epistola beati Jacobi Apostoli.

Lectio j. *Cap. 4.*

Unde bella, & lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quae militant in membris vestris? Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & zelatis: & non potestis adipisci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter quod non postulatis. Petitis, & non accipitis: eo quod male petatis: ut in concupiscentiis vestris insumatis. Adulteri nescitis quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituitur.

R. In Ecclesiis benedicite Deo, alleluia, * Domino de fontibus Israe, alleluia, alleluia. **V.** Psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Domino.

Lectio ij.

An putatis quia inaniter Scriptura dicit: Ad invicem concupiscit spiritus, qui habitat in vobis?

Ma-

Majorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet a vobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.

R. In toto corde meo, alleluia, exquisivi te, alleluia: Ne repellas me à mandatis tuis, alleluia, alleluia. **V.** Benedictus es tu Domine, doce me justificationes tuas. Ne repellas. Glória Patri. Ne.

Lectione iij.

Nolite deträhre alterutrum fratres. Qui detrabit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrabit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Unus est legislator, & iudex, qui potest perdere, & liberare. Tu autem quis es qui iudicas proximum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie aut crastino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur: pro eo ut dicatis: Si Dominus voluerit: & si vixerimus, faciemus hoc, aut illud.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.

Isti sunt sermones, quos dicebam vobis, cum essem vobiscum, alleluia, alleluia.

Ad Vesperas, nisi occurrat Festum novem Lectionum, à Capitulo fit de S. Maria. cxxix.

SABBATO.

De Epistola beati Jacobi Apostoli.

Lectione j. Cap. 5.

Agite nunc divites, plorate inulantes in miseris vestris, quæ advēniet vobis. Divitiæ vestre putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum, & argentum vestrum arguēnavit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui mesuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini sabaoth introivit. Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis. Addixistis, & occidistis justum, & non restitit vobis.

Lectione ij.

Patiētes igitur estote fratres usque ad adventum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patiētes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquavit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, ut non iudicemini. Ecce iudex ante januam assistit. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ. Prophetas: qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, & misericors.

Lectione iij.

An te omnia autem fratres mei nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non: ut non sub iudicio decidatis.

Tri-

Tristatur aliquis vestrum? oret. Aliquo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? indicat presbyteros Ecclesiæ, & oret super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro vicem, ut salvemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua.

Ad Vesperas, Capitulum.

Jacobi 1. 4.

Charissimi, Estote factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum navitatis suæ in speculo: consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.

Hymnus.

Ad regias agni dapes
Stolis amici candidis
Post transitum Maris rubri
Christo canamus Principi.
Divina ejus charitas

Sacrum propinat sanguinem,
Almique membra corporis
Amor sacerdos immolat.
Sparsu cruorem postibus
Vastator horret Angelus:
Fugitque divisum mare,
Merguntur hostes fluctibus.

Jam Pascha nostrum Christus est,
Paschalis idem victima,
Et pura puris mentibus
Sinceritatis azyma.

O vera cœli victima,
Subiecta cui sunt tartara,
Soluta mortis vincula,
Recipita vitæ premia!
Victor subactis inferis
Trophæa Christus explicat,
Cœloque aperto, subditum
Regem tenebrarum trahit.

Pars Hymnalis.

Ut sis perenne mentibus
Paschale Jesu gaudium,
A morte dirâ criminum
Vitæ renatos libera.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclyto,
In sempiterna secula. Amen.
V. Mane nobiscum Domine, alleluia.
R. Quoniam advesperasci, alleluia.
V. Ad Magnificat, Antiphona.
Usque modo non petistis quidquam in nomine meo: pœtite & accipietis, alleluia.

Oratio.

DEus, quæ bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis; ut cogitemus, te inspirante, quæ recta sunt; & te gubernante, eadem faciamus. Per Dominum.

Deinde fit Commem. de Cruce, Antiphona. Crucem sanctam sublevo, qui infernum confrēgit, accinctus est potentia, surrexit die tertia, alleluia. **V.** Dicite in nationibus, alleluia. **R.** Quia Dominus regnavit à ligno, alleluia.

Oratio.

DEus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici à nobis expelleres potestatem: concede nobis famulus tuis; ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem Dominum.

D O M I N I C A V.

Post Pascha.

Ad Matutinum, Invitatorium.
Surrexit Dominus verè, * Alleluia.
Psalmus. Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Rex sempiternæ Cœlitum,
Rerum Creator omnium,
Æqualis ante secula
Semper Patenti Filius.
Victor subactis inferis
Nascēte qui mundo Faber
Imaginem vultus tui
Tradens Adamo, nobilem
Limo jugasti spiritum.

Kk

Cum